tra p-ceptum. l. nihilominus poterit uti beneficio. l. ut  
pater teneatur eā dotare: qa nō potuit. l. disponere sup  
iura ad eam non pertinentia; ad idem gl. in d.c. de puel-  
lis, & qd no. Fed. in præall. cons. 3. 6. lex. n. ciuili uoluit  
tollere actionem competentem contra arbitru in odiū  
partium uenientium ò distinctionem illius. l. sed ex quo  
nullum est odium in iurando, quia canon cui in hoc stā  
dum est, permittit, & per consequēt debent peccata ces-  
fare, sicut in simili dicimus, in pœnis, quā infliguntur  
mulieri transeunt intra annum luctus ad secunda no-  
ta, ut hodie censeantur sublatæ, ex quo illa prohibitio  
non tenet propter auctoritatem pertinentis, cui stan-  
dum est in materia ecclesiastica, ut plenē no. in c. pén. &  
ult. de secun. nup. & in d.l. j. & Fed. in d. conf. & plenissimè  
dixi in repetitione. c. ecclesiæ S. Mariz, de consti &  
hæc puto uerisima. Et aduertendum, qd predicta di-  
spatatio t locum nō habet etiam de iure ciuili, cum in  
aliudem compromittat tanquam in arbitratorē, & ami-  
cabilē compositorem. Nam tunc iuramentum utroq;  
iure interuenire poterit, ut l. si libertus. ff. de ope. lib.  
& c. Quintuallis, & c. ueniens, de iure iuri. tenēt cōter  
23. legisti in d.auct. decernit ius qd è mero t iure ciuili in-  
specto ex iuramento extrā iudicali obligationis intro-  
ductorio oriatur obligatio naturalis quātūcūq; non p-  
cesserit aliquod pactum, licet aliud teneat Bar. in d.l. si  
quis pro eo dicens per tex. illius. l. nullam nasci de iu-  
re ciuili obligationem; quod nititur probare ex eo, qa  
fideiussor accedens huic promissioni iure ciuili nō obli-  
gat ut ibi, & in l. fideiussor. ff. de fideiuss. Et primò pro S.  
ria opin. allego Inn. qui in d. c. nouit, simpliciter uoluit  
nō distinguendo inter ius canonici, & ciuile ex tali iur.  
obligationem naturalē parti quārendam, nec appa-  
ret aliqua sp̄cialitatis ratio inter ius canonicum, & ciuile  
præterea allego eundem Bar. qui hoc idem uoluit  
in extrauaganti ad reprimendum, in uerbo, denuncia-  
tionem, ubi æquiparat pactum nudum, & iūm quo ad  
inducendum obligationem naturalē, ut agi possit p.  
uiam denunciationis euangelicæ, & exp̄ressè loquitur,  
qd aliud, quām libertus iurat, & iudicio meo non caūl  
laodo literam uidetur. casus in l. Stichus, in S. naturalis.  
ff. de solu. ubi pactum, & iūm. æquiparatur qud ad  
tollendam obligationem naturalē, licet Bar. uideat  
intelligere ibi in iuramento à parte parti delato. Sed  
profecto illud est diuinare, ut qd tex. ibi loquāt simpli-  
citer de iūro ex quo oritur naturalis obligatio ex con-  
fensi se alteri obligare noleantis dato alieno consensu,  
in l. cū amplius. S. is natura debet. ff. de reg. iu. sed in casu  
nō, ex quo iuro tibi p-cessenti aliiquid me tibi daturum,  
uel facturum, habeo in animum in eo me tibi obligandi,  
ex quo in tui fauorem tibi iūro: quia licet iuramentum  
principaliter dirigatur in Deum; uidetur tamen secun-  
daria obligatio acquiri parti, in cuius fauorem iurat.  
Hinc est, qd ille potest iuramentum remittere. d.c. t. de  
iure iuri. ergo nascitur obligatio naturalis & ex hoc tol-  
litur motiuum. Bar. Dico enim qd, ex quo quis iurat p-  
fenti, & in eius fauorem, hoc habet uim pacti, cum iurās  
Abb. Panor. Repet. Hh iiiij pro-

## Abbatis Panormitani Repetitio.

promittat ei, qd iurat non solum nudo consensu, sed firmat promissionem iuramento. Nam iuramentum promissorum habet inclusam puram promissionem, quando confirmat attestatione sacrae rei, ut probari potest in c. ita ergo. 32. quæst. I. Et optimè facit ibi glof. quæponit causam institutionis iuramenti, dicens fuisse induciam, quia homines sèpè non credunt simplici uerbo, nisi firmatur iuramento; & facit simile de negativa prægnante, quæ habet inclusam affirmatiuam; id pot probari, sicut affirmatiuam, ut est tex. iuncta gl. in c. su. 25 per hoc, de renun. Hinc dicimus, qd iuramentum quod dā est cōpromissoriū, quoddam obligatoriū, &c. ut no. in c. si uero, de iure iur. Et facit, quod not. Io. An. post In. in c. ij. de spon. ubi dicit, qd quandoque iuramentum dirigitur in Deum, quandoque in hominem. dirigitur in Deo, quando intendit iurans principaliter Deo complacere: in hominem, quando principaliter iurat in fauorem hominis; ideo potest hoc secundo casu remitti ab homine, cui iuratum est, ut ibi, & in d. c. j. de iure iur. Preterea sponsalia non possunt contrahi sine mutuo consensu, ut in c. uni. de sponsa. in 6. Et tamen uidemus, qd per iuramentum possunt contrahi, ut in d. c. 2. ergo iuramentum homini præstitum habet inclusum conuenitum obligatorium respectu hominis, cui iurat. Idem uidemus in societate, in qua contrahenda requiritur consensus, in l. consensu, de actio. & obli. & tamen potest contrahi interpositione fidei iuramenti d. c. 2. ergo iuramentum homini præstitum habet inclusum consensum obligatorium respectu partis; item facit d. l. iur. iur. in princ. ubi patet, qd ex iuramento præstito oritur obligatio, & consensus, nec uidetur aliqua specialitas. & quantumcumq; pars cui iuratum fuit, nihil expresse dicit, tan in uidetur præstisitse consensum recipiendo iuramentum, seu tacēdo, cum ageretur de facto suo, ut probatur in l. qui patitur, & l. qui fidem, & l. si remunerandi. §. si passus. ff. mandati. in quibus iuribus leg. ¶ Et not. qd patiens uidetur consentire, & mandare in iis, quæ faciunt in sui fauore. Et actio mandati contrahitur ex consensu utriusq; partis, ut in l. j. ff. mandati, & insti. de obli. ex consensu. Consensus autem tacentis præsumitur, ubi agitur de re concupisibili, & fauorabili, ut no. In. in c. in Genes, de elec. sequitur glo. in regula, is qui tacet, de re iud. li. 6. & Bar. in l. qua do. fo. ma. & satis probatur in iuribus supra alleg. ad idem tex. iuncta gl. in l. donationem S. species, ff. de dona. ubi donatio facta præsent, & tacenti ualeat, & idem uoluit glo. iuncto tex. in l. illud c. de fac. san. eccl. Et facit tex. a contrario sensu in l. absenti, de don. & in l. qui absenti, de acqui. pos. ff. & tamen donatio ad eius ualitudinem requirit stipulationem, uel pactum nudum, & sic duorum consensum, ut no. glo. in l. cum pater §. ue. tis, de leg. 2. & insti. de dona. in prin. & Bar. in l. iurifgen. §. si cum nulla. ff. de pac. & sic pater, qd præsentia donatarij, fauorabilitate operatur consensum, & acceptiōnem, & pactum; & sic debet intelligi tex. in l. pactum, ff. de pa. 27 ubi dicitur, qd pactum est duorum consensu, sive conuictio. pollicitatio uero solius offerentis promissum est. dico enim, quod dicitur consensus duorum interuenire modo prædicto. Dicitur autem pollicitatio, quando fit promissio in fauorem absentis, ad hoc l. si quis pro eo, sive per qua se fundabat Bar. & communiter legist, pro quo. rum opin. dico id, ad quod inducitur. illa enim lex singu lariter dicit, qd is, qui fideiussit pro eo, qui cum non est libertus, operas se præstatum iurasset, non teneatur. intelligo enim, quod ideo non obligatur ratione sui

erroris, qui credebat se libertū esse, cum non esset liber si enim uoluisset ibi iurisconsultus dare regulam gene ralem, ut ex iuramento non oriatur obligatio natura lis, ad quid se astrinxisset ad eum, qui cum libertus non esset, iurauit se præstatum &c. Intelligamus ergo, qd prædicta iura consentanea locum habent, quando ille 29 iurauit per errorem: alias secus, cum iuramentum pmissorum habeat in se tacitum pactum, sit fit præsenti, ut in iuribus præall. ut in c. ad nostram, de iure iur. & in c. 2. de spon. ubi tex. optimus probans, qd obligatio acqui ritur parti, nec non potest a parte remitti, in cuius fau rem iuratur, & loquor de secundaria obligatio: quia primaria acquiritur Deo, ad quem principaliter diriguntur iuramenti, ut in c. debitores, de iure iur. Nec ob. si dicas, quod de iure ciuili speciale est in liberto iurante domino, ut in d. l. ut iure iur. de op. lib. ergo secus in aliis personis, quia dico speciale esse in liberto in hoc intelli go, uidelet ubi præcessit obligatio naturalis, ut præ dixi. Sed ego loquor de obligatione naturali tantum, quæ de iure ciuili non est sufficiens ad agendum, ut d. l. iurifgen. §. sed cum nulla, ff. de pac. & hæc sunt iudicio meo benē notanda; quia faciunt ad multa. qd Sed num ad uertendum, circa præmissa oritur alia difficultas. Nam si conclusum est, qd iuramentum in compromisso præstitum ualeat, & tenet, nunc uertitur in dubium, an ex 31 taliter iuramento posse præcisè peti executio laudi, An uero ex compromisso duntaxat res auferri, si poena non fuit apposita. Inno. & do. Ant. eum sequendo dicunt, qd solum peti potest poena, seu intereste loco poenæ deficiens. Mouet Inno. quia omnia, quæ apponuntur in compromisso uidentur apposita sub conditione tali, scilicet promitto, qd seruabo sententia, uel soluam poenam; quod patet ex eo, quia si quis promittit etiam per stipulatio nem stare sententia arbitrii, nihilominus sufficit soluere poenam, uel intereste, ut l. profere, in ff. de arbi. & in c. dilecti, in ff. supra eo. Idem ergo dicendum secundum cum, si interuenierit iuramentum, quia debet intelligi sive naturam materię, cui adhæret. ad hoc induco bonū text. in simili in l. f. C. de non num. pecu. & in l. f. ff. qui satisfare cog. Et dicit Inno. hunc intellectum alternativum dederunt iura prædicta stipulationi in compromisso: quia cum arbiter sine timore retractationis posse ferre nonnunquam sententia iniusta, necessariū fuit, ut in alio eius potestas restingeretur, scilicet ut nūquam per sententiam arbitrii posset res sua quicque auferri, sed sufficit, qd uictor habeat poenam, uel intereste. Et infert dom. An. ad notabile dictum, qd in obligationibus facti succedit obligatio ad intereste, etiam de iure canonico, licet iuramentum intercesserit: quia secundum op. Inno. pactum, & iuramentum intelliguntur apposita secundū naturam contractus. sed de natura obligationis est, ut quis præcisè non cogatur ad factum, sed sufficit soluere intereste, ut l. stipulationes non diuiduntur, & ibi plenē per Bar. de verb. oblig. & in l. f. quis ab alio, in f. de re iudi. Et dicit do. Ant. sub dubio fortè, se putare, qd etiā in foro anima non est quis præcisè artandus, ut satis faciat, sed satis est soluere intereste. Hic duo sunt examinanda. Primo an iuramentum appositum in conuenientiōne habeat illum intellectum alternativum. Secundū an in obligationibus facti succedat obligatio ad intereste, præsertim in foro anima, & ubi interuenit iuramentum. Quo ad primum reperio Host. hic tene re contra Inno. de quo facit multam do. Ant. mentione. dicit enim Host. quod ubi iuramentum intercessit in cō promissio,

## In cap. per Tuas, de arbitris.

245

promisso, potest præcisè peti executio sententia, dum modo non sit evidenter iniqua iuxta no. in c. 2. supra co. Idem dicit, si intercessit fidei præstatio per ca. peruenit, supra eo. melius allegasset c. cum tempore, unde non sufficit secundum eum hoc casu soluere intereste. & si diceres, quare sufficit soluere intereste interueniente stipulatione, seu nudo pacto, & non sic, quando interuenit iuramentum, cum inter simplicem loquela, & iuramentum Deus non faciat differentiam? ut in ea. iuramenti 22. q. 5. respondet ipse, quando quis simpliciter promisit, contradicere, & allegare potest, qd non promisisset, si sic pronunciari credidisset, ar. ff. de rit. nup. l. quæcunq;. Et si dicas, quare idem non cauatur, quando iurauit. Respondet, qd facit ecclesia obreuerentiam iuramenti; remittit ad no. in simili in c. ad audientiam, quod metus causa. hoc dictum mihi placet plusquam dictum Innoc. non tamen Hostien. hæc suam op. multum corroborat. Sed ego probo apertissime, primo adduco tex. apertissimum non cauillando literam iuncta glo. in ca. cum tempore, supra eo. ubi Papa fundando se super fidei interpositione mādat simpliciter debere laudem executioni nā dari; ad idem c. 2. supra eo. & c. peruenit, a contrario sensu. Idem, & fortius cum antiquitus, de iure ciuili daretur actio pro executione laudi, si iuramentum intercesserat, ne pars reatu peririj notetur, ut dicitur ibi in princ. & sic cessabat iste intellectus alternativus atento iuramento, ut d. l. ne in arbitris C. co. ergo fortius idem dicendum de iure canonico, & olim, & hodie, ut hoc debeat seruari etiam in foro ciuili, per supradicta. & hanc partem de iure canonico tenuerunt Cyn. & quidam alii antiqui in d. auct. decernit ius, ut supra dixi. præterea, & tertio iura canonica mandant indistincte iuramenta debeat seruari in sua specifica forma, ut ibi. Quarto adduco unum tex. ualde singularem in l. si quis maior, C. de transac. ubi probatur, quod quando iuramentum intercessit in contractu transactionis, licet poena sit apposita, debet contractus præcisè habere suā executionem, nec sufficit soluere poenam, sicut alias sufficiet, si iuramentum non intercessisset iuxta not. in l. non dubium C. de le. sic pars contraveniens tenetur soluere poenam, & seruare contractum, & restituere ea, quæ habuit uigore transactionis, licet cessante iuramento solum competat exceptio parti obseruanti transactionem, ut l. cum propos. C. de transac. uel repetitio datorum, ut l. si diuerfa. C. co. Et per illum tex. dicit singulariter ibi Bart. & post eum Bal. qd iuramentum habet uim illius clausulæ, qd soluatur poena rato manente pacto, quod est menti semper tenendum. ergo si iuramentum intercessit in cō promissio poenali, debet habere uim illius clausulæ, rato manente pacto, & sic contraveniens tenetur soluere poenam, & nihilominus tenetur seruare sententiam. nam hoe operatur uis illius clausulæ etiam in compromisso, ut no. glo. in d. cap. dilecti, & uoluit apertissime Inno. hic dicens, qd prædicto intellectui alternativiōe, quod tamen limitandum est, ut plenē dixi in dicta disputatione, & in d. c. cum contingat, & facit quod no. Inno. in c. quæ in ecclesiārum, de confit. & Bar. in l. f. C. si contra Ius. uel uti. publi. & Cy. in l. f. rescripta. C. de pre. Imperator. off. ubi tractat, an & quando princeps posse statuere interpretando, uel limitando ius diuinum, & in materia nostra. l. præsumit iurantem præcisè se uoluisse obligare ad parentum laudatis, ut in d. l. ne in arbitris, ex ratione sui, ut in d. c. cum tempore, & in c. super eo, cum similibus. Præterea posset in dubium re uocari, an dicta l. f. C. de no. nu. pecu. ualeat, quatenus præsu-

præsumit super iuramento, cum ad illud ius ciuili non pertineat materia iuramenti. Et pro hoc facit, quod ponit Fede. consilio lxxxi. ubi concludit non ualere statutum laicorum præsumens contractum usurarium & certis conjecturis motus: quia hæc materia non pertinet ad laicos, de quo etiam remitto ad no. per me in d.c. cū contingat. ¶ Ad l.f. f. qui satisfida. cogn. respondeo quod ibi deficit iuramentum ratione conditionis sub intellec. arg. c. quemadmodum, de iure iuri. sed in casu nostro non subintelligebat ille intellectus alternatius. sed l. hoc statuit fauore subiectoru. q. fauor cessat, leu. p. si posse interueniente iuramento, arg. c. debitores, de iure iuri. & facit c. ex literis, el. ij. de spō. & c. & si Christus, & c. uerum, de iure iuri. & de iudi. nouit, & glo. in cle. pastoralis de re iudi. in uerbo, prouidentia, & quod not. idem Bal. in l. adoptio. C. de adopti. ¶ Etiam q. respectu promissionis non iurata teneatur pars præcisè ad factum, facit c. licet, de uoto. Nec obstat, si dicatur, q. de natura istius obligationis facti est, ut sufficiat dare interesse; quia hoc primò posset negari ēt de iure ciuili sunt enim in hoc multæ op. adeo, ut multi non paru. auctoritatis tenuerint, q. si quis potest adimplere factū, tenetur præcisè ad illud; sed si culpa sua nō potest adimplere, uel post moram inutile esset alteri parti factum adimpleri, tūc succederet obligatio ad interesse, ut pl. nō no. in d.l. stipulationes non diuiduntur, & in d.l. si q. ab alio, in si. de re iudi. sed tenendo illam op. quæ uidetur magis communis, quam sequitur Bar. in d.l. stipulationes non diuiduntur, q. in obligatione facti causata ex conventione partiu. sufficiat soluere interesse interdicto, q. non procedit de iure canonico, uel diuino ratio, quia fundamentum illius opinionis est, quando stipulatio fuit inuenta à iure ciuili, ut quis stipularetur, quod sua interest, ut l. stipulatio ista in §. alteri, de uerbo. oblig. satis est ergo, q. labeat suum interesse; ita dicit Bar. in dicta l. stipulationes sed de iure diuino, & canonico alia est ratio, propter quā quis tenetur adimplere promissum, maximē iuratum, ne s. incurrit peccatum ieniendo contra promissionem suam, & decipiat proximum, ut d.c. & d. c. qualiter, de pact. Item iuramentum tendit in deum, ut in c. debitores de iure iuri. & tenet q. ex dispositione. l. diuinæ reddere sua iuramenta domino, ut d.c. si Christus. Nam & ipse Bar. uult, q. ubi obligatio descendit à lege, compellitur quis præcisè ad factum, arg. l. qui liberos. ff. de rit. nup. cum si. Idem si à testatore, nisi inducat speciem seruitur. l. Titio §. a. Titio. ff. de cōd. & dem. illud autem dicimus in obligationibus causatis in iudicio, ut l. filiusfa. §. f. ubi gl. & Bar. ff. de procu. & facit quod legitur & not. in cle. i. eo. tit. Idem ergo debemus dicere, in obligatione causata ex conventione partium, cum iura diuina, & canonica mandent illam simpliciter obseruari idem facit tex. iū. & ta. gl. no. in c. unico. 3 z. q. 8. ubi patet, q. in iuramento, & uoto nunquam subintelliguntur conditiones speciales, nisi exprimantur. sed sicut sine condicione perfolui debent, ut ibi. Nec obstat iste tex. & c. cum dilecti. s. e. ubi promittens stare sententia arbitri præcisè non cogitur, sed sufficit soluere pœnam, uel interesse, saltem ubi non interuenient iuramentum. potest enim respondi, q. in materia nostra. compromittens non se obligavit ad certum quid sed in genere, ut staret laudo foredo. unde, ne arbiter posset ad libitum lēdere, iura statuerunt, ut sufficiat soluere pœnam, uel interesse; q. ut dixi, non interuenient purus consensus superlaudatus. uidemus enim, quod post omologationem non compe-

tit aliquod remedium, ut habetur in l. pen. C. eo. ti. q. d. puto, q. si promittens a. i. modo cogitat illud, q. d. arbiter postmodum pronunciauit, & habuit animum se obligandi ad illius obseruantiam, quod sine peccato non posset retrocedere, arg. d.c. iuramenti. Cessant enim hoc casu rationes Inn. & Host. quas suprā tetigī, ob quas inductus fuit ille intellectus alternatius. & per hoc dico, q. in foro animæ est sibi consulendum, & in iungendum, ut satisfaciat primò si habuit animum saltem in genere ad illud nunc laudatum se obligandi. obligat enim iuramentum secundum intentionem iurantis, ut probatur in c. humanae aures. 22. q. 5. & per Inn. in d.c. ueniens, & facit d.c. quanto, eod. tit. & idem uidetur dicendum quo ad forum contentiosum, si de animo se obligare uolentis posset constare, ar. eorum, quæ no. Innoc. in c. plerique, de immunitate ecclesiastarum, ut in d.c. ueniens, de iure iuri. & quod no. ibi Cy. in simili in aut. fed iam necesse. C. de dona. ante nup. ¶ Et placet mihi op. Inn. in d.c. ueniens, ut promissio 34. t. simpliciter prius procedens non tollatur per iuramentū cōtrarium sequēs: uidetur enim temerarium iuramentum contra promissionem suam, ar. d.c. iuramenti, & optimē facit in c. sicut ex his, de iure iuri. & ipsomet Inn. contrarium uidetur sentire in d.c. sicut, de sponsa. ubi dicit, q. si primò contraxi cum una sponsalia sine iuramento, deinde contraxi cum alia cum iuramento ualent priora quā non ualeat iuramentū contra promissionem alteri factam, & ad d.c. ueniens, ubi uidetur cōtrarium sensisse dicit, quod narrat factum. Nam ille obligauerat se illis ecclesiis p. uirtutū unde Papa fundat se super iuramento; ideo expone text. ibi ex promissio. §. iurato; & hoc colligit ex responsione Papæ, q. simpliciter fundat se super priori iuramento, nec mandat conditionaliter inquire, si iurauit. ita conclusi in d.c. ueniens, & de nouo etiam confirmo, cum hē in iure mihi uerissima uideantur; & hoc quod ad primū contrarium suprā formatum. ¶ Venio nunc ad secundum cōtrarium, & sic una cum eo expediam tertium. Nam ambo tendunt contra efficaciam laudi, an. s. & quando p. ducat actionem, uel exceptionem, seu actionem & exceptionem, & an. & quando possit à partibus tacitè, uel exp̄s̄ omologari. i. approbari, & sic possit de laudo excipi, uel pro eo agi, & pro eorum clara expeditione profecuar aliquos casus, in quorum prosecutione apparet solutio & contraria, & uerus intellectus ad istum 35. tex. ¶ Et primus casus, sit quando t. compromissum p. cessit simplici, & nudo pacto, nulla interueniente stipulatione, uel pœnæ ad iectiōne, seu iuramento, & tunc respectu iuris ciuilis puto sic dicendum, quod secundum. l. antiquam digestorum, si sententia ferebatur per reo absolvitoria, oriebatur exceptio ipsi reo contra actorem. unde respectu rei habebat sententia executionem, intelligo tamen non de exceptione rei iudicate: quia illa non oriebatur ex sententia arbitri, cum illa non habeat iurisdictionem, ut probatur in l. i. ff. eo. tit. & l. j. C. e. sed debet intelligi de exceptione pacti, ut l. cum acta. C. e. t. & no. gl. in d.l. j. sed respectu actoris, cum pro eo ferebatur sententia condemnatoria, non oriebatur aliqua actio, sed erat sine effectu, ut probatur in d.l. cum antea, iuncta gl. ubi aperte probatur, q. præsertim hodie ex tali compromisso nudo pacto facto ad nihil agi potest, nec excipi, ad idem adduco tex. in l. si de meis, in uer. no. ff. eo. ubi apertissimè probatur, q. cessante stipulatione, nulla oriebatur actio, sed tūm exceptione illo iure sforum, ad idem l. litigatores, §. interdū, ubi ponitur casus specialis, ut exceptio oriebatur ex utraque parte, inducendo ut supra ex nudo pacto: actio aut nullo modo oriebatur, ut ibi. nec obstat tex. in d.l. diem proferre,

professore, ubi non sit mentio de stipulatione, & in quod quis simpliciter promisit stare arbitrio. dico. n. q. tex. ibi apponit uerbum, simpliciter, non ad divisionem stipulationis, sed poena adiectionis, de qua praedixit. nō obstat uerbum, promiserit. Nam illud uerbum potest uersificari in stipulatione, ut est tex. no. in l. sciendum, §. editū, ff. de edil. edi. & idē, cum ponitur uerbum cōe, debet reduci ad alios terminos iuris, & sic intelligatur de permissione per stipulationem, uel per stipulatum, & alias de iure ciuili ad nihil agi possit, ut c. uenient, proximè alleg. præsertim quia illa est iuris ciuili regulā, ut ex nudo pacto minimè agi possit. nec ob. l. i. ff. de pac. quam pro se allegat Host. quia illa debet intelligi non in nudo pacto, sed uelito per stipulationē, uel alio mō, prout legitur, & no. in l. iurisgen. §. sed cum nulla, ff. de pac. ubi clarè probatur, q. de iure ciuili regulariter agi non possit ex nudo pacto, licet sint exceptiones; ad id tex. in l. cum amplius. §. is non debet, ff. de reg. iu. & in l. fideiussor. obligari. §. fideiussor, ff. de fideiussor. & in l. Stic. cum. §. naturalis, ff. de solu. & in l. legem. C. de pac. potest tñ dici, q. in curia mercatorum, ubi de fide agitur, posset agi ex nudo pacto, sicut si interuenisset stipulatio per tex. not. iunctis not. ibi per Bar. in l. Q. Mutius, ff. mand. Et aduertendum, q. tex. noster non loquitur ita strictè, sicut facit tex. in d. l. dicni proferre, in fi. hic non dicit, q. promisit stare laudo, sed quod fuit stipulatus, q. stare sententia cōpromissi; & sic loquitur, cum compromissum fuit nudo pacto factum. Item tex. iste debet reduci ad alias iuris canonici regulas, & quas nō est differētia inter simplex pactum, & stipulationem, ut plenē no. in d. c. j. de pac. hæc omnia procedunt non interueniente omologatione, sed per ius. C. fuit nouiter prouisum, ut laudum latum ex tali nudo pacto, seu pmissio possit omologari tacitè, & expresse per modum, qui habetur in d. l. cum anteā, & per gl. plenē hic. Nam, tali comprobatione interueniente, oritur efficaciter ad ipsum laudum aēlio, & exceptio ex dispositione illius l. cum anteā, ut ibi legitur, & notatur. ¶ Et aduertendum,

36 q. in tacita t̄ approbatione non est difficultas. fit. n. illa per lapsus decem dierum nulla interueniente contradictione; sed dubitatio oritur in expressa, utrum sufficiat simplici uerbo approbare, an uero requiratur ipsarum partium subscriptio. Inno. primò sentit, q. requiratur subscriptio per tex. ibi, receptum fuit, i. scriptum, quia non sufficit uerbo omologari per tex. illius l. cum anteā. præterea refert quosdam dicere sufficere solam omologationem sine subscriptione, sicut canon. et dicit Host. sc̄e inter istos, qui tenent hanc ultimam opin. contrariam per istum tex. idem etiam uidetur probare dicta auct. non distinguit inter ius ciuile, & canonicum. Ego tñ puto q. de iure canonico procedat hæc ultima opinio, q. subscriptio non requiratur ad declarandum consensum; idē satis est de iure nostro, ut appearat de quo consensu, ex quo aliter nō requirit subscriptionē, arg. optimum hic. facit, quod no. Inn. in c. j. de his que si a præla. ubi patet, q. subscriptio regulariter nō requiritur, nisi ubi specificè cauerit. vnde satis est hoc iure nostro non caueri. ius uero ciuile contrarium per id, quod no glo. & Inno. in c. j. de reb. eccl. non alien. lib. 6. sic de iure ciuili procedere puto primum dictum. primò quia cum illa l. cum anteā, inducat ius nouū contra regulas antiquas, debet intelligi, prout iacer; idē cum requirat subscriptionem propter solenitatem consensus, nisi illa interueniret, omologatio minimè subsistit,

arg. l. si unus, C. de testa. & in ca. quia propter de cle. & fact. in simili gl. no. in c. ut certa, de ele. lib. 6. in uer. corporal, quæ vult, q. si in dispositione actus requiratur tactura in iurando, non uideretur satisfactum, si iurando sine tactura. Item multi sunt casus, in quibus ad ualiditatem actus requiritur scriptura, de quibus per gl. in c. j. de censi. in 6. Ad idem tex. bonus, & quod ibi no. inn. in c. j. de is, quæ si à prela. & 12. q. 2. sine excep. Et hoc uidetur de mente glo. in 1. ij. ff. eo. & Bart. in d. l. pen. & hoc quo ad primū casum, s. cum processit cōpromissum nudo pacto. ¶ Secundus casus principalis, cum compromissum processit t̄ solēni stipulatione uallatum, nullo iuramento, uel pccna apposita; & hoc casu laudum inde latum producit primo effectum agendi ad interesse cōtra nolentem parere utriusq. iuris dispositione, ut d. l. diem proferre, cum aliis supra all. & hic. ¶ Sed dubium est, an hoc casu possit dictum laudū omologari tacitè, uel expresse, & sic præcisè possit agi pro executione illius iuxta l. cum anteā, eo. tit. Et doc. nostri sentiunt tacite q. sic, & do. Ant. clarius per d. l. cum anteā, sed non fecit mentionem de glo. Bar. & Bald. & Odo. qui aperte sentiunt contrarium, & maximè Bar. in d. l. cum anteā, ubi firmat, q. tunc laudum solum omologatur, quando cōpromissum fuit factum nudo pacto per illam l. vnde concludit, q. hodie raro potest omologari sententia arbitrii, cum in quolibet cōpromissu intercedat stipulatio. Licet qnq; mihi placuerit præcedens opin. per tex. d. l. cum anteā, in prin. ubi fit de pœna dūtaxat mentio; tñ melius, & diligentius materia examinata puto distinguendū inter ius canonicum, & ciuile, ut de iure canonico & diuino procedat prima opin. per istum tex. iunctis iis, quæ supra dixi. Nam probatur hic apertissimè, q. eo cau, quo poterit agi de interesse, poterit sententia omologari. Præterea de iure canonico semper agi potest ad interesse, quia nudum pactum obligat, ut super plenē dixi in d. c. j. de pac. no. ergo sequitur secundum c. pin. Bar. q. de iure canonico nūquam sententiā arbitrii posit omologari, cuius contrarium hic manifestè probatur: sed sicut ius ciuile sequor Bart. & glo. & alios præall. quia hanc opin. iudicio meo aperte probat tex. in d. l. cum anteā. Nam licet tex. uideatur in principio loquī, quādō compromissum fuit factum sine pœna; debet intelligit amē, quād etiam sit factum sine stipulatione, quia non interuenit stipulatio, apponitur quodammodo tacitè querela pœna. Nam interesse est pœna respectu contravenientis, ut legitur, & notatur in c. finem liti, de dolo & contumac. a. Et hoc probat aper. tius tex. in d. l. cum anteā, dum loquitur de arbit. quia communis electio procreat, & sic non sequitur de stipulatione, sed de simplici assumptione. Item adhuc aper. tius, & fine responsione hoc probat ibidem tex. dum dicit, q. olim ex illo laudo nihil præsidij competebat acto ri uincēti, sed reo tantū dabatur exceptio, & denū tex. inducens remedium omologationis restrinxit se ad illos arbitros, de quibus prædixerat, si quos communis electio procreabat, & ex quorum laudo nulla actio, seu nullum presidium competebat actori uincēti, quod tamen cessat in arbitris per stipulationem, cum possit agi ad interesse, ut dictum est. Item dispositio submittendo se æquitati contra antiquas regu as non debet extendi ad casum non expressum præterm, ubi non inuenitur identitas, ut no. Io. An. in c. j. ut lit. pen. ibi, in omni autem nostro iure uersatur eadem ratio, cum cessante stipulatione nullum competit remedium, idem vo-

luit prouidere, scilicet præcedēte stipulatione competit actio, & sic cessare debet pœnio. l. arg. l. si. C. de pac. conuen. super do. Aduerte, quia ibi intercessit omologatio tacita, vel expressa: agitur tñ præcisè ad executio nem laudi metu pœnae, & altis modis, de qbus no. j. co. c. o. olim, & c. dilecti sed præcedens opinio plus placet sibi, & uidetur doct. placere cōter hic, & legistis in d. l. cum anteā; sed ubi non intercessit omologatio, sed solū stipulatio, tunc ageretur ad interesse, ut s. dictum est. Quod dicit. Inno. sic omologationem procedere, quando stipulatur aut sñia dicto, uel arbitrio starī cum pœna uel sine pœna. si autem quis expresse stipulatur rem de qua agitur, uel dari, uel fieri sicut sententia arbitrii, si pro eo insaretur posset tunc agi ad rem ipsam, uel ad factum ageretur, si pro eo fuit sententiatum, & idem est secundum eum in reo. si expresse stipularetur rem, quæ ab eo peritur, amplius non peti, si pro eo fuit arbitratū: in hoc tñ casu, si sententia pro reo habebit exceptionē ino plus uidetur secundū eū ēt si prædicta non stipula retur expresse, sed solum pactū de ijs dandis, uel faciē dis, uel ne fiat, incontinenti post stipulationem emisam deponendo sñia, quod & tunc tale pactū informat præcedēte stipulationē ita, q. parit actionē, & exceptionē. C. de pac. l. petens, & l. lecta. ff. si cer. pet. ff. de pac. l. iuris gen. §. qui uno. Aduerte, quia Inno. non reddit rōnen dūeritatis inter primum casum, & secundum nec etiā doct. qui tamen cōter transfuit cum dictis. Inno. q. s. cum stipulatō de stando sententia arbitrii, non agitur præcisē ad executionem sñia sed solū ad interesse: securus autem cū stipulor rem, de qua agitur, seu certum quid dari, uel fieri, si pro me fuerit sententiatū ego uero puto hanc fore rationem: quia in primō casu non fuit promissum certum quid, sed simpliciter de stando sñia arbitrii. Vnde secura sñia posset succumbens prætendere grauamen, & iniuriam, & dicere q. si credidisset talē sententiam ferri debere, nūquā promisisset, & cum non haberet, succumbens aliquod remedium cōtra tale laudum per d. l. j. C. eo. & l. diem proferre. §. stare. ff. eo. uoluit. l. à principio utilitatibus subiectorum prouidere, ar. in l. pactū. C. de colla. & quod no. Bar. in l. si quis pro eo. fideiussor. Item facit tex. in authen. ut iudi. fine quoquo suffra. §. cogitatio & initia. de ijs, qui sunt suio, uel alieni iuris, in §. sed hoc tépore iō dedit illud remedium alternativum, ut succumbens pareat sñia, uel soluat interesse, ut d. l. diem proferre. §. ff. & dixi. s. in solutione contrarij. præterea non potuerunt partes præcisē se obligare sñia arbitrorum, nā sequeretur, q. priuatum pactio posset iurisdictionem conferre contra l. priuatorum. C. de sur. om. iudi. & l. i. & quod ibi not. C. de arbit. secundō casu hæc oīa cessant. nam cum expresse, ad versari fuerit stipulatus rem certā, uel quid certum dari, uel fieri, uel non si pro eo fuerit sententiatum. hoc non q. d. q. ex quo arbitrium fuit à partibus receptum, debet indistincte executioni mandari, non habito respe ctu, an procurator habuerit mandatum ad cōpromittendum, siue non q. d. q. ex quo arbitrium fuit à partibus receptum, debet indistincte executioni mandari, non habito respe ctu, an procurator habuerit mandatum, uel nō, quia pars principalis recipiēdo arbitrium, factum procuratoris cōprobatio uide. l. licet. ff. de iudi. & sic istud uerbū indistincte, non refertur ad casum, quo cōpromissum suis pœnale sed q. hanc responsionē facit: q. Papa mādat primo partes cōpelli pp extorsionē pœnæ, si apposita fuit, & sic a pte innuit, q. quātuncung; cōpromissum siue pœnæ, debet laudū & executio mādarī, si à partibus fuit receptū iō ego do illā solutionē, & itelleſū ad istū tex. ut itelligat, q. ptes ex post facto scīter recipiūt, & approbat arbitriū, ad qd scīū se nō teneri, nisi iducant metu pœnae hinc. n. pōt agitad cius obseruationē, & executionē nō actione ex laudo, uel qdictione ex d. l. cū anteā, cū scimus ex aduerso tm illius l. sed ageſ ex tacito pacto. un. n. ptes illud laudū ex certa scīa approbare, &

de

diem proferre, in s. & in § starī, & hic, & in c. dilecti. q. eo. ¶ Sed dubium etiam manet, an laudum ex talī compromisso ratum possit omologari, ut sic possit præcisē agi ad ipsius executionem doct. antiqui in iure ciuili habuerunt contrarias opiniones. Nam quidam tenuerunt, q. laudum hoc casu non possit omologari nec exp̄resse, ne tacitè propter d. l. cum anteā, ubi partes apponendo pœnam uidentur recessisse à beneficio, seu p. uisione. l. ar. l. fi. C. de pac. contra emp. Et hanc op. tenuerunt Bal. Azo. Iaco. & Bar. sed Mar. tenet contraria op. cōprobari per istum tex. quia Papa mandat hoc arbitrium mandari executioni, si fuerit receptum à parti bus; sed si non fuit receptum, mandat pœnam exigū, ergo arbitrium pœnale potest omologari, & adducit Host. istum tex. pro sua op. in uerbo, indistincte, quasi dicit tñ eum, q. siue cum pœna, siue cōpromissum, siue nō ex quo arbitrium fuit receptum, debet mandari executioni. uidetur ēt q. approbat Inno. in c. Quintauall. j. de iure in glo. iuris ciuili in hoc articulo uidetur cōtrariari. Nam in l. ait prætor. ff. de re. iudi. tenet, q. possit omologari, siue cōpromissum fuerit pœnale, siue non, & idem sentit glo. in d. l. si duo, & in d. l. cum anteā, quam sequit ibi Bal. distingens, q. aut fuit in compromisso, apposita clausula, rato manente pacto; & tunc habet locum omologatio laudi, & dicit, q. hoc casu oritur actio ex sententia, & exceptio. si autem non fuit apposita illa clausula, rato manente pacto, procedat op. contraria; & hæc fuit originalis opinio glo. in l. fi. ff. eo. sed aduerte diligenter, q. a uidetur sentire Bar. q. absq; alia omologatione subsequentiū ex illa clausula cum factō, procedere laudū uigore illius clausule, adeo, q. statim oriatur actio, & exceptio. do. Anto. aliter non pōderat Bar. sed simpliciter transit cum op. Bal. Duo. ergo sunt hic iudicio meo examinanda. pri. nunqd arbitriū laudum ex compromisso simpliciter pœnali possit omologari tacitè, uel expresse. ¶ Secundū quē effectū p̄ducit illa clausula, rato manente pacto in cōpromissu pœnali, cū hodie multum sit in usu, ut soluatur pœna pro queniente, rato manente pacto. Circa primū puto, q. arbitrium ex cōpromisso pœnali nō pōt simpliciter omologari ad hoc. Fuit ex talī arbitrio, seu laudo detur actio, seu exceptio, seu oriatur condicō ex l. cū anteā, secundū intellectū ad illam l. hæc. n. opinio apertissimè pbatur per illū tex. inducendo prout. s. induxi in secundū casu. Et hæc est cōs op. legislari, & ad istum tex. tenentes hanc op. Rfi debant, q. illud uerbū, indistincte, debet exponi siue procurator habuerit mandatum ad cōpromittendum, siue non q. d. q. ex quo arbitrium fuit à partibus receptum, debet indistincte executioni mandari, non habito respe ctu, an procurator habuerit mandatum, uel nō, quia pars principalis recipiēdo arbitrium, factum procuratoris cōprobatio uide. l. licet. ff. de iudi. & sic istud uerbū indistincte, non refertur ad casum, quo cōpromissum suis pœnale sed q. hanc responsionē facit: q. Papa mādat primo partes cōpelli pp extorsionē pœnæ, si apposita fuit, & sic a pte innuit, q. quātuncung; cōpromissum siue pœnæ, debet laudū & executio mādarī, si à partibus fuit receptū iō ego do illā solutionē, & itelleſū ad istū tex. ut itelligat, q. ptes ex post facto scīter recipiūt, & approbat arbitriū, ad qd scīū se nō teneri, nisi iducant metu pœnae hinc. n. pōt agitad cius obseruationē, & executionē nō actione ex laudo, uel qdictione ex d. l. cū anteā, cū scimus ex aduerso tm illius l. sed ageſ ex tacito pacto. un. n. ptes illud laudū ex certa scīa approbare, &

de novo p̄xisse, ut fiat qđ tñineat i sua arbitri, & hoc p̄bo p optimū simile uidemus. n. q̄ sua, q̄ tuncū, nulla à iudice lata fuerit, p̄t à p̄tib. ratificari, nō ut habeat uim sua, sed ut hēat uī pacti ex nouo q̄ctu, ut p̄ba l.ij.C. cōtr.iudi. & ibi Doct. & latius per Bar. in l.unica.C. qui p̄ sua iurisdi. sequunt mo. cano. post glo. in c. significasti de fo. cōpet. & sic p̄t optimē saluari. iste tex. Nam hic Papa fundat se simpliciter sup approbatione procuratoris, & non sup directa omologatione, q̄ cātū ex dispoſitione. l. cū antea. C. eo. uel secundū p̄t dici, q̄ tex. p̄t intelligi in uerbo, omologatione, nā ex defectu mandati laudū erat nullū quo ad plebanū; nū istud recipiendo nū illud ratificare, & approbat̄ respectu iuramenti per procuratorē p̄fici, ac ēt omologatione, ar. l.ij. §. fal-sus. ff. rem. rat. hab. & sic nō repugnat rō d.l. cū antea respectu. n. plebani nullū effectum producebat tale laudū. Item ille intellectus alternatiuus, de quo. §. dixi, cestat cū laudum cōprobatur ex post facto; iō non sufficit solvere p̄enam. Et ex hoc p̄t alia notabilis limitatio tradi ad dictā. l. cū antea, & ibi no. ut tex. ille procedat, qn̄ landū poterat hēre a liq̄ effectū respectu principalis, tunc. n. cestat omologatio de iure ciuili, & de iure canonicō, si p̄ena erat apposita; & sic p̄t intelligi. c. dilecti. §. eo. ubi agitur solū ad p̄enam, licet à partibus fuerit spontē receptū arbitriū. sed illud. c. dilecti, uel obstat̄ p̄cedenti solutioni, & lecturā. Nā debebat approbat̄ ibi operari faltē ui. pacti ex novo q̄ctu, ut d.l.ij. C. cōtr.iudi. iudi. sed p̄t primō ad illū tex. r̄nderi, ut ibi sentit Ioan. And. uidelicet q̄ loquāt̄ de approbatione & receptione neglaliter facta ab ipso principio tpe cōpromissi, quæ quidē approbat̄ nō prodest, ut no. cōiter in d.l. cum antea, quæ solutio nō multū cōuenit illi lecturæ, quare dando aliū intellectu dico, q̄ licet receptio ex post facta obliget ad ipm laudū ui. pacti quasi ex novo q̄ctu; nō tñ tollit p̄ hoc antiqua, & prima prouisio, ut possit pars cōpelli metu p̄enæ, arg. l. qui fidē. ff. de transac. & l. si duo, ff. de iudi. p̄ficiaria cū p̄ena soleat excedere intereste respectu rei. & p̄t peti. q̄ nolētes parere, ut no. Inno. in c. suam, de p̄ent. in fi. C̄irca secundū. l. si quis sit apposita illa clausula, ut p̄ena soluat̄, rato manente pacto, uarie reperiuntur op̄i. dicentiū, p̄ per hanc clausulam illlico censetur omologatum, adeò, ut aduersus p̄uenientes possit agi, ut p̄ena soluant̄, & laudum seruent. Et hanc op̄i. sentit glo. in c. dilecti. §. eo. & in l.ij. ff. & Bar. in d.l. ait p̄tāt̄, & idē breuiter, ut illa clausula aliqd̄ operet̄, arg. l. si qn̄, de legat. p. & in c. si Papa, de priuilegijs, in festo. Et q̄ contentari debet iudeo de eo, in quo consenserunt partes. ff. de re. iudi. l. si conuenerint. C. de dona. ante nup. l. penultima, & idē Inno. sic dicens, q̄ p̄ istam clausulam uident̄ partes renunciare p̄dicto intellectui alternatiuo, ut pareatur arbitrio, uel soluat̄ p̄ena, uel intereste. Vnde s̄m eum p̄t agi ex stipulatu ut fiat, quod iudicatu est; allegat. l. q̄ fidē. ff. de transac. refert tñ aliquos dicere, q̄ hoc cau non agit ad rē iudi catā, sed ad intereste tantum. Primā tñ opinionē tenet odo. in d.l. penultima. C. eo. adducens hāc rōnem, quia uigore eius clausula sunt quasi duo cōpromissa, unū sub p̄ena, ut hic patet. Et secundū sine p̄ena p̄ id qđ dictū est, ratū maneat laudū soluta p̄ena, & hoc capite uidet omologatū s̄m eū, q̄a competit actio, & exceptio, ut d.l. cū antea. secunda fuit opinio Iac. Bal. Mar. de Fa. Ia. de Ra. qui resiliunt opinioni p̄cedenti mouentur: q̄a omologatio debet sequi suam, & non p̄cedere, ut probat̄ tex. in d.l. cum antea, ibi, subſcriperint post, q̄ definitio

